


1518. die 1. Julij

Sigismundus I. Rex Polonie,
Cardinali Protectori.

Salutem et omnis felicitatis con:
tinuum incrementum.

Reverendissime in Christo Pater
et Domine amice charissime et
honorande.

Habet quoddam negotium
istius Romae Reverendus in Christo
Pater Dominus Petrus Episcopus
Præmissiensis, et regni nostri vice-
Cancellarius, qui consensu et favore
Vestrae reverendissime Dominationis
indiget, id iste Venerabilis Sta:
nislavus Borgk Decretorum Do:
ctor Canonicus Vratislaviensis,
Nostro et illius Nomine eidem Re:
verendissime Dominationis Declarat,
quam plurimum rogamus, ut et
fidem illi adhibere velit, et postu:
lationi, ac Desiderio nostro non De:
esse. Nos vero vicissim ubicunque
nos aliquid Vestrae Reverendissi:
me Dominationis posse commodare
vel gratificari intelligemus id li:
benter, et omni studio semper fa:
ciemus, felicissime valeat Vestra

re


reuerendissima Dominatio, et nos
Viligat. Datum Craouia Duodeci:
ma Julij; Anno Domini 1518. Re:
qui vero nostri Anno Duodecimo.